



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Corpore vitiatis ordinandis, vel non. Titvlvs XX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

**N**Vilus a [1 & infra.] Si quis de servis suis quemquam donaverit libertate, & ipsius in Presbyterum fecerit ordinari, ille autem postea in superbiam elatus, Domino suo canonicas horas pflare noluerit, accusatus apud Episcopum, qui ordinaverit eum, degradetur.

[1 Clericus ad gradum Presbyteris promoveatur, nisi ordine canonicus, ut scriptura in canonibus habetur. Si enim propter Desiderium,]

**CAP. V.**

Spirii, vel servi, ordinari non debent.

Alexander III. Archiepisc. Turon.

Consuluit: & infra. Conf. t.t. telen. quod neque spirios, neque servos ordinare debes: & si memor es, in confectione tibi dictum fuit, vide ne quem liber servilis conditionis ad ordines promovere prasamus.

**CAP. VI.**

Manumissus ab ecclesia ut fiat clericus, & ipsi ecclesia perpetio servis induvus, ad altare ecclesiam se transferre non potest: focus ipsius fuerit manumissus. Vel sic: focus si fuerit manumissus ut servat. Io. Andr.

Innocentius III. Varense Episcopo b.

**E**O libentius e: & infra. Adieciisti aliam quasfionem, an illorum filii, qui ecclesia servili conditio tenentur, traditi à parentibus militia clericali cum lauro convivientia Dominorum, ut in eadem ecclesia debent defervire, a frequentes propterea libertatem, post tempus ea relata possint ad aliam se transferre? In quo credimus distinguendum, utrum eo tenore fuerint manumissi & obligati d ordinis clericali, quod manu mitem ecclesi, dum vixerint, deberent impendere famulatum in obsequiis divinorum: & tunc transfe rendi se ad aliam, est eis licentia deneganda: vel manumissi existerint absolute, siveque libertatem habent ad aliam transfeundi.

**CAP. VII.**

Ius, quod est de servo factio Diaconi, etiam de Subdiacono debet intelligi.

Idem.

Mitramur non modicum, cum e certum sit in contradictionibus antiquorum, quando f servi in grades ecclesiasticos ordinati, debeant in servitum vel non debeat revocari: & infra. De Subdiaconi ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum statutis expresso, videtur nobis, quod & is cum Diaconi gradu privilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reparetur in ecclesia primitiva, tamen à constitutione Gregorii arque Urbani secundum moderna tempora sagratus esse minimè dubitatur.

**CAP. VIII.**

Natus ex patre servo & libera matre, liber est, & licet pro movere.

Gregorius IX. Archiepiscopo Neapolitanus.

Dilectus filius G. Diaconus proposuit: quod I. miles ea occasione quod patrem ipsius hominem servum esse proponit (licet mater sua, cuius debet imitari & conditionem, & libera esse noscatur) ne promoveatur in Presbyterum impideat prasumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constituerit de praemissis, cundem militem ab hujusmodi impedimento b. celare compescas.

a Eccl. cap. 3. ed. tit. int. compil. b alias, Varinensis, alias Vacanensis. c Cap. 1. ed. titul. m. 2. compilatio. d In omnibus manuscriptis phalata: In uno solo obligata, sed i. & g. velut superabundancia erat rotata, & caudam. f alias, quomodo. g. vide Liden Ponponius. h. idem scribit. De res vinitur. h. vox effusa, decif.

**DE OBLIGATIS ADRATIO-**  
cinia ordinandis, vel non.**TITVLVS XIX.****CAP. VNICVM.**

Obligatius ratiocinii, deposito onere & redditu ratione, ordinari potest: prius vero non.

Ex concilio Carthag. a

**M**Agnes Episcopus Augst. dixit: Quid dilectionem vestra videtur, procuratores, actores, executores seu curatores pupillorum si debeant ordinari. Gratius Episcopus dixit: Si post deposita onera & redditu ratiocinii actus vite ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (si postulati fuerint) honore munierari: si enim anteliberataem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniversi dixerunt: Repte statuit sanctitas vestra, ideoque ista est nostra sententia.

**DE CORPORE VITIATIS**  
ordinandis, vel non.**TITVLVS XX.****CAP. I.**

Presbyter, qui in duello dicitur partem amissit, ex dispensatione suis Episcopi potest in suo ordine ministrare.

Alexander III. b

**D**E Presbitero Campanie, qui duellum sponte obiulit, & oblatum suscepit, & in eo partem dicitur amissit: respondemus, quod cum ipse non perdidit tantum de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare, satis potes post peractam penitentiam cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licet ejus excessus gravis admodum existisset.

**CAP. II.**

Haben in oculo maculam, qua non inducit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterit promoveri.

**C**Vm de tua electione quæstio mota fuisset: [1 & 7.] Tibi, quod in oculo maculam habeas, & filius canonici fueris, est objectum: Vnde Cantuariensi Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut pro eo quod canonici filius diceris, promotione tua ex multa dispensatione procedat. De macula verò: Archiepiscopo predicto mandavimus, ut cum consilio suffraganeorum suorum quod exinde visum fuerit exequatur, in quo tibi ex maxima dispensatione curavimus providere.

[1 Qui sunt in quinque classis ecclesiis Anglicanis electi in presentia nostra & nostrorum fratrum.]

**CAP. III.**

Sectus in cunabulo, licet promoveri.

Clemens III. Varen. Episcopo.

**E**X parte Bartholomai monachi petitiorum d fuit nostro Apostolatu presentatum, quod cum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodum sub regula & Abbatie devote Deo militans, in Diaconatus ordinem est promotus: [1 & infra.] Sanè cum secundum statu-

a Concilium Carthaginense primum, cap. 8. ut refert Burchardus lib. 2. dec. cap. 36. Ivo p. 6. c. 137. Gratianus dist. 54. cap. 3. ubi talis tribus concil. Magontensem. b Salernitano Archiepiscopo ex ea collectione, qua est post Lateranen. part. 16. c. 4. 5. & 6. vide concilium Tridentinum, Sessione 25. de reformatione, cap. 19. Adde beatum Thomam, & ibi Cajetanum 2. 2. question. 93. ad articulum 3. & plenissimè per Bernardum Vasquium controversiarum illustrum cap. 12. & 49. c alias; verè in octo. d Cap. 1. ed. titul. in 2. compilatione.

ta Niceni concilii ad clericatus ordinem prohibeantur accedere, & sic etiam in clero fuerint, debent cesserare, quia se ipos sani abscederint, vel adfectaverint ut ab aliis a abscondantur: non credimus ei impedimentum adferre, quo minus possit provehi, qui in canabulis se fuit, quia non videtur hoc eo tempore adfectasse, quo iudicium animi non habebat: præterim cum in canonibus Apostolorum b sit manifeste sanctum, quod eunuchus, si per infidias hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam in persecutione fuit ei amputata virilia, & dignus est, possit in Episcopum promoveri.

[ 1 Unde suppliciter petit facultatem sibi sedi Apost. indulger, ut sit ei licetum in Presbyterum ordinari.]

## C A P . IV.

Sacerdos, qui sine causa virilia fecit abscondi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi suum officium, prater altare ministerium, potest exercere.

Idem Ravenna. Archiepiscopo.

**S**ignificavit e nobis R. Archipresbyter sancti Stephani, quod b. Presbyter (credens le obsequium praefare Deo) fecit sibi virilia amputati: & infra. Quocirca mandamus, quatenus si jam dictum Presbyterorum alius Deo d dignum inveniri, ei sacerdotale officium absq; altaris ministerio auctoritate nostra frater & tua, prout videris expedire concedas.

## C A P . V.

Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscondi, potest ut prius sacerdotiale officium exercere.

Innocentius III. e

**E**x parte M. Presbyteri f propositum, quod cum sibi sentiret lepros periculum immovere, de consilio medici virilia fecit sibi abscondi, ut posset a tam gravi infirmitate vitio liberari: [ 1 & infra.] Quoniam igitur canones sanctorum Patrum hunc a facie altaris administratione non prohibit, mandamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est alias idoneus, ut sui ministerii officium exequatur, liberat e tribus facultatibus.

[ 1 Et ut provideremus ei super executione sui officii, à nobis humiliter posulavimus.]

## C A P . VI.

Mutlatum manu, si promovet fuerit in Abbatem, ab abbatis depositur.

Idem Miletus. g. Episcopo.

**E**xposuisti b nobis, quod prædecessor tuus H. in Abbatem promovit, nesciens quod ipse esset manus altera mutilatus: [ 1 & infra.] Nosigitur fr. t. respondit, quod cum pro tam enormi defectu ad sacros non possit ordines promoveri, & in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab Abbatie officio est non immerito a-movendus.

[ 1 Quia verò ipse Abbas non sicut sinistra carere, quid super hoc agendum sit, nostra voluntate responsum edicerit.]

## C A P . VII.

Carenus unguis pollici, dummodo sit fortis in pollice, liceat ad sacerdotium promovetur.

Honorius III. Episcopo Engelsfmen.

**T**homus monachus propositum, quod cum in annis puerilibus esset constitutus, quadam barra ferrea super dextram suam pollicem fortissimamente, unguis a vulnus ab eo. Quocirca mandamus, quatenus si ad fr-

a Videlicet & quæstum. b. i. cum nor. ff. de liber. & postnum. & l. spadonem. f. de verbis signific. b. dñs. oo. cap. Euonchus. c Idem fancivit Innocent. I. episc. ad Felicem Nucerianum Episcopum. ca. i. Refert Burchardus l. z. concord. concil. Nicer. e. i. sed hic additum dispensatio. d Vox. Deo, in antiquis deest. e Parisen. Episc. alias. Parisiensi Episc. f Cap. i. cod. tit. m. compilatione. g. alias. Miletus. alias. Melidens. h. Ca. 2. codem titul. m. compilatione.

gendum Eucharistiam sit in pollice ipso potens, & alij canonum non oblitus, propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas sacerdotis.

## DE DIGAMIS NON ordinandis.

## TITVLVS XXI.

## C A P . I.

**V**erbis b. penitentibus, vel repudiatarum mittiti ad sacerdotium non (ascendant.)

## C A P . II.

Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacra, non dispensatur: & ordinatus privabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.

Lucius III. c Spalen. Archip.

**S**uperco d quod tua fraternitas de digamis requisitum: Respondemus quod ordinatores eorum potestate & officio ordinandi, & ordinati si ad sacros ordinis fuerint promoti, eis ideo sunt privandi: quia in digamis contra Apostolum dispensare non licet, ut debeat ad sacros ordines promoveri, vel in eis si promoti fuerint remaneant. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinante potestate & officio non privetur.

## C A P . III.

Digamus uxore vivente, vel mortua, non ordinatur.

Calestinus III.

**D**ebigamis e Presbyteri, & viduarum maritis, idem sancimus omnino, ut nec viventibus uxoriis, nec defunctis, ad divinorum debeant celebrationem admitti: maximè cum a doctrina sit Apostoli, & institutione ecclesie alienum.

## C A P . IV.

Qui mortua uxore promovet ad sacros, cum secunda de facto contraxit & cognovit, digamus penam incurri, licet non fit digamus.

Innocentius III. Ratiffa. Episcopo f.

**N**uper à g nobis: & infra. Tertius & ultimus attingit videbatur habere non modicum quæstionis: quoniam cum in matrimonio contrahendis non iuris effectus, sed animi destinatio attendatur, unde illum comitatur infamia, qui duas simul uxores habet: quod partim ad factum convenit retorqueri: sicut in canon legitur de Presbytero, qui non legalibus nuptiis determinatur: eadem censura tales videntur inter digamos reputandi. Licer obviet ex adverso, quod opinioni fit veritas præferenda, & quod juxta præmissa, qui nullam uxorem habuit, foret digamus reputandum: quod continget, si quis de facto contraheret cum diversis, quibus de jure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæstione t. responsum, quod cum hujuscemodi de clericis, qui quantum in ipsis fuit, secundas multies sibi matrimonialiter conjunxerunt, tanquam cum bi-

a Concil. Aurel. 3. cap. 6. Idem concil. Arelat. 3. cap. 3. quibus locis eadem est sententia, sed diversis verbis conscripta. Referunt Burchardus lib. 2. cap. 33. Ivo part. 6. cap. 134. vide Gratian. dñs. canon. 2. & concil. Trident. Sessione 23. in decreto de reformatione. cap. 17. b Ex cap. 2. codem titul. m. 2. compilatione. Aliud legitur digamis. c Alias. Spalensis. alias. Valentes. alias. Spalenti. alias. Spalensis. alias. Spolciano. alias. Hoffstensi. d Cap. 2. eod. titul. m. 2. compilatione. 1. ad Timoth. cap. 3. & Cap. 2. eod. 117. m. 2. compilatione. f Alias. Rothomagensis. alias. Vinalensis. Episcopo. g Cap. 1. eod. tit. m. 3. compilatione. vide Domnum Sotium in quarto Sententiarum distinctione 27. questione 3. articulo 3. gamis